



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 34. Duo Cardinales a Papa creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

tulum S. Mariæ in via translatus, ut Sæcul. XVI.  
 riusque, ut vocant, signaturæ Præfe- A.C. 1563.  
 ctus, necnon Sacræ Inquisitionis Præ-  
 fes, Regniq; Poloniæ, Ordinis Meli-  
 tensis, & Carmelitanæ Religionis Pro-  
 tector creabatur: postquam vero annis  
 plusquam duodecim, absens licet, Ba-  
 rensem Ecclesiam rexerat, Anno Do-  
 mini millesimo quingentesimo sexage-  
 simo secundo eandem Antonio Nepoti  
 suo cessit: insuper idem a Pio IV. ad  
 Sacrosanctam Tridentinam Synodum  
 Legatus, ac Præses, in locum Cardi-  
 nalis Seripandi ibidem defuncti nomi-  
 uabatur, ast cum itineri se accingeret,  
 Romæ obiit. Reliquit is quædam in-  
 genii sui monumenta, atque inter ea  
 celebrantur decisiones Rotæ, necnon li-  
 ber de variatione Monetarum, præter  
 plures literas.

§. XXXIV.

*Duo Cardinales a Papa creati.*

Priusquam Puteus e vivis excefferat, Ciacon.  
 aliquot ante Mensibus die sexta Ja- pag. 943.  
 nuarii Anno Salvatoris nostri millesimo  
 quingentesimo sexagesimo tertio sum-  
 mus Pontifex duos creabat Cardinales,  
 quorum primus erat Fridericus Gon-  
 zaga Friderici L. Mantuæ Ducis, &  
 Margaritæ Paleologæ Montferratensis  
 Filius; alter vero Ferdinandus Medi-



Sæcul. XVI. cæus a Cosma magno Etruriæ Duce,  
 A.C. 1563. & Eleonora Toletana progenitus.

## §. XXXV.

*Papa Angliæ Reginam anathemate  
 percellere tergiversatus.*

*Raynald.*

*num. 15.*

*Sanderus*

*hist. crism.*

*Angl. lib. 3.*

Quamvis Catholica Religio regnante  
 Elifabetha nondum aperte in An-  
 glia impugnaretur, ægre tamen fere-  
 bat Pontifex, quod vera fides ibidem  
 non prævaleret: unde quorundam opi-  
 nio eo abibat, Reginam anathemati,  
 ejus vero Regnum interdicto esse sub-  
 jiciendum: interim alii magis mode-  
 rati hoc consilium reprobabant, expo-  
 nentes, quod hac severitate cuncta fus,  
 deque verterentur, atque ipsa Regina  
 eo incitaretur, ut contra Catholicos ra-  
 biam suam palam exereret. Horum  
 consilia secutus est Pontifex, atque ad  
 ejus preces Ferdinandus Imperator da-  
 tis literis Elifabetham rogabat, quate-  
 nus Catholicos Præsules, quos carceri-  
 bus detentos affligebat, mitius habe-  
 ret, atque tam severum edictum, quod  
 adversus Catholicæ Doctrinæ assecclas  
 promulgaverat, revocare vellet.

Ad hæc literas Elifabetha respon-  
 dit, quod hæc monita reverenter ex-  
 cipiatur, atque ad Cæsaris preces atten-  
 tum habere velit animum: eapropter  
 Ferdinandus denuo ad eandem rescri-  
 ptis